Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



3

de illis quae fieri iussit doctores quicquā praetermittere oportet. sed omnia quaecumque ille mandauit. suis necesse habent auditoribus committere. Scripsit autem haec in tabulis lapideis. quia in cordibus electorū fide fortibus fixa intentione custodienda firmauit. Quorum exempla cū nobis ad imitandū proponit. quasi scripta in lapide statuta suae legis ostendit.

Nam & daniel uidit dnm in figura lapidis excisi de monte sine manibus; contriuisse pompam regni mundialis. ut regnū ipsius solum sine fine permaneat, et petrus fideles admonet dicens. & uos tamquā lapides uiui superaedificamini domus spiritalis, Surrexerunt moyses & iosue
5 minister eius, Iosue minister moysi. dnm
5 saluatorem. & nomine designat & actione. qui minister moysi recte uocatur. quia apparens in carne mosaice legis insē ceremonias suscipere dignatus est. quia ñ soluere legem. sed uenit ad implere; moysi in omnibus uestigia sequitur. quia in cunctis quae loquitur uel scribit moyses. ille uel typice uel manifeste designatur. quasi comes indiuiduus sibi ne quaeritur inuenitur, Hinc enim dicit